



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Si quid cognoscitur ab aliquo quod non intelligant omnes. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



Ca. 6. eiusd.

Ca. 7. eiusd.  
ad princ.

scire, quid sit, quod se velle scit: sequitur vt omnes beatam vitam sciant. Omnes a. beati habent quod volunt, quamuis non omnes qui habent, quod volunt, continuo sint beati. Continuo a. miseri sunt, qui vel non habent, q̄ volunt: vel id habent, quod non recte volunt. Beatus ergo non est, nisi qui & habet omnia que vult, & nihil vult male. Ille quippe beatè viuit, qui viuit vt vult, nec malè aliquid vult. Cum ergo ex his duob. constet beatà vita, licet in malis sit aliquis bonus, non tñ nisi finitis omnibus malis est beatus. Cum ergo ex hac vita, qui in his miseriis fidelis bonus est, venerit ad beatam vitam: tunc erit verè, quod nunc nullo modo esse potest, vt sic homo viuat, quomodo vult. Non n. ibi volet malè viuere, cui volet aliquid, quod deerit aut deerit aliquid, quod voluerit. Quicquid amabitur, aderit nec desiderabitur, quod non aderit, & omne quod ibi erit, bonum erit: & summus Deus, summum bonum erit: & quod est omnino beatissimum, ita semper fore certum erit. Beatos a. esse se velle, omnium hominum est. Beatos esse se velle, omnes in corde suo vident, nec tamen omnium est fides: qua ad beatitudinē peruenitur.

*Si quid de Deo cognoscit aliquis, quod ibi non intelligant omnes.*

Solet etiam quæri. Vtrum aliquid de Deo cognoscit aliquis magis merit⁹, vt Petrus: q̄ non cognoscit aliquis minus merit⁹, vt Linus? Plurib. videtur quod omnia de Deo ad beatitudinē spectantia omnes cōmuniter electi cognoscant, sed differenter. Nihil n. in Deo noscibile maius digniusq; videtur quam eum intelligere trinum & vnum. Hoc a. omnes tunc per speciē cognoscent. Vnde sequitur, vt non sit aliquid beatitudinē pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt, quorū cognitio seruit beatitudinē, sed in modo vidēdi differēt. Alius n. alio magis, alius alio minus fulgebit.

Cor. 13. 8